

Band II., Nr. 554, Seite 386-387

Engelhard von Weinsberg bezeugt, wie er von dem Kloster Schöntal, an der Stelle genannter, diesem zu Eigentum überlassener Zehenten, mit einer Hube in Jagstheim und einer andern in Sindringen belehnt worden sei.

Neckarsulm, unter den Elmbäumen, 1212.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Engelhardus de Winsperg cunctis fidelibus in domino salutem. Tanta miseris mortalibus inest acquirendi cupiditas, ut eciam ad tuta queque et longi temporis diuturnitate firmata non erubescant manum mittere et per fas et nefas alios in suis attemptent possessionibus supplantare. Unde pernecessarium est, ut in contractibus humanis prediorumque concambiis, et in hiis presertim que cum religiosis viris celebrantur, ne qua fraus humana locum habeat, firmitas et certitudo testimonialis non desit. Noverit igitur universa fidelium tam presens etas quam successura posteritas, quod mortuo quodam milite de Marloho, nomine Wortwino, decima in Halesperg^a et in Höfelden, que nunc dicitur Schöntal^b, et mansus quidam in Biringen vacavit domino Crafftone de Sweineburg^c. Accidit autem ut eodem tempore iam dictus Crafftone et ego essemus in Longobardia cum imperatore Friderico, ubi intercessionem ducis Friderici de Rotenburg^d impetravi beneficium illud a Crafftone. Postquam vero ad propria sumus reversi, mortuo Crafftone de Sweineburg predictum beneficium Conradus de Bückesberg^e hereditate possedit^f. Quo facto Sibodo abbas in Schöntal pro redemptione decimarum illarum apud eundem Conradum de Bockesperg laboravit, cuius industria factum est ut idem dominus C. ab abbate mansum unum in Iagesheim, quem quidam conversus nomine Trochlibus monasterio contulerat, et alium mansum in Sindringen, quem Engelhardus avunculus meus pro salute anime sue ad easdem decimas redimendas eidem monasterio obtulerat, acciperet, sicque ego resignatis decimis illis in manus domini C. de Bockesperg predictos mansos in restauratione^g decimarum in beneficio accipi. Postmodum dominus C. decimas easdem episcopo Wirtzeburgensi, a quo in beneficio illas habuit, resignavit. Episcopus vero consensu fratrum suorum

^aB: *Halsberg.*

^bB: *Schönenthal.*

^cB: *Schweineburg.*

^dB: *Rottenburg.*

^eB: *Bocksberg* hier und später.

^fB: *possedit hereditate.*

^gB: *restorationem.*

II

monasterio in Schönental cum omni iure in proprietatem perpetuam donavit in ipsa maiore ecclesia sancti Kiliani in Wirtzeburg. Ut igitur huius facti memoria nulla possit antiquitatis oblivione deleri, hanc cartam fieri decrevi et eam sigilli mei impressione signavi.

 Hanc testificationem de predictis decimis feci in celebri placito quod habui ego et filius meus Conradus in villa que dicitur Sulmo sub arboribus que dicuntur Elmbawm^h, anno dominice incarnationis MCCXII., coram multis assistantibus, quorum omnium nomina colligere non valens hec saltem pauca subieci: Conradus laicus filius meus. Leigast de Cleppsheimⁱ. Conradus advocatus de Merchingen¹. Conradus de Ballenburg^j et frater eius Rudegerus. Engelhardus de Berlichingen. Wimarus de Hausen. Gotefridus de Scubach. Wolframmus et Conradus frater eius de Wagenhoffen^k et alii quam plures. Ego quoque Conradus archidiaconus, predictae assercionis patris mei ab ore ipsius percepte testis accedo et eam sigilli munimine corroboro.

—

Nach dem auf Papier geschriebenen Diplomatar des Klosters Schöntal von 1512 (A), fol. 485 b, Nr. 1, mit der Aufschrift: *Testificacio domini Engelhardi de Winsperg super decimis in Scho^entall et in Halesperg*.

 Auch das Diplomatar von 1618 (B), ebenfalls auf Papier, enthält fol. 634, Nr. 1, dieselbe Urkunde mit den in den Anmerkungen angegebenen Abweichungen. Eine Abschrift in *Chronicon imperialis et exempti monasterii etc. de Scho^enthal a Barthol. Kremer conscriptum*, einer Handschrift der Königlich-Öffentlichen Bibliothek in Stuttgart, MS. hist. fol. nr. 422, S. 164, bietet, außer etwa *Cleppesheim*, *Stubach*, *Ballenberg*, *Wagenhoven*, keine bemerkenswerte Abweichung.

^hB: *Elmbäum*.

ⁱB: *Clepsheim*.

^jB: *Ballenberg*.

^kB: *Wagenhouen*.

¹Merchingen, nicht Dorfmerkingen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 214 (1512), fol. 485b, Nr. 1

Überlieferung und Textkritik:

diesselbe Urk. im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 215 (1618), fol. 634, Nr. 1; Abschrift im Chronicon imperialis et exepti monasterii...de Schoenthal a Barthol. Kremer conscriptum: WLB Stuttgart Ms.hist. Fol. Nr. 422, S. 164

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Neckarsulm, unter den Elmbäumen

Ortsindex:

Ballenberg Wohnplatz (6206)
 Ballenberg, Ravenstein, MOS
 Berlichingen Wohnplatz (2645)
 Berlichingen, Schöntal, KÜN
 Bieringen Wohnplatz (2646)
 Bieringen, Schöntal, KÜN
 Boxberg Wohnplatz (3669)
 Boxberg, TBB
 Dorfmerkingen Wohnplatz (4695)
 Dorfmerkingen, Neresheim, AA
 Halsberg Wohnplatz (2648)
 Halsberg, Schöntal, KÜN
 Hausen am Bach Wohnplatz (3201)
 Hausen am Bach, Rot am See, SHA
 Hoefelden Wüstung (22026)
 Hoefelden, Schöntal, KÜN, W
 Jagstheim Wohnplatz (2834)
 Jagstheim, Crailsheim, SHA
 Klepsau Wohnplatz (2419)
 Klepsau, Krautheim, KÜN
 Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)
 Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN
 Marlach Wohnplatz (2653)
 Marlach, Schöntal, KÜN
 Merchingen Wohnplatz (6213)
 Merchingen, Ravenstein, MOS
 Neckarsulm Wohnplatz (2106)
 Neckarsulm, HN
 Rothenburg ob der Tauber, AN
 Schweinberg Wohnplatz (6040)
 Schweinberg, Hardheim, MOS
 Sindringen Wohnplatz (2392)
 Sindringen, Forchtenberg, KÜN
 Stuppach Wohnplatz (3660)
 Stuppach, Bad Mergentheim, TBB
 Wagenhofen Wohnplatz (4041)

IV

Wagenhofen, Dischingen, HDH
 Weinsberg Wohnplatz (2238)

Weinsberg, HN
 Würzburg, WÜ